


1017


De necessitate ac mira utilitate Sacrosancti Concilij.

Quod indictum est per .S. D. N. D.
Paulum . I I I . diuina prouidentia
Pont . Max. Epistola Ioannis Fa
bri Germani, Episcopi Viennæ
uiri & pietate & doctrina
insignis .





BEATISSIMO IN CHRISTO PA
 tri, ac D. D. Paulo, huius nominis Papæ. III. Sacro
 sanctæ sedis Apostolicæ Romanæ, & uniuers
 salis Ecclesiæ Pastori, ac Pontifici Summo et
 maximo. Iohannes Fabri, Episcopus Vi
 ennæ, precatur, et optat gratiam, &
 uniuersalis Ecclesiæ pacem, ab eo
 qui erat, qui est, & qui uen
 turus est.



IUVS Paulus Apostolus,
 magister, & doctor gentium, uer
 ba faciens ad maiores Ephesinæ
 ecclesie, prædixit inter cæ
 tera. Quod post suam disces
 sionem, certo essent intraturi lu
 pi rapaces, qui gregi non parcerent. Essent & futuri ui
 ri loquentes peruersa. Propterea inuigilandum illis esse
 sollicite admonuit, & exortatus est illos, his uerbis. At
 tendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos spiritus san
 ctus posuit Episcopos, regere ecclesiam dei, quam acqui
 sivit sanguine suo. Crediderim ego sanctissime Pater,
 in ouile Christi tot lupos rapaces nullo unquam sæculo ir
 ruisse quemadmodum (proh dolor) his nostris tempa
 ribus, uere nouissimis, quotidie fieri uidemus, & mala

Galla. 106

Acto. 206

Acto. 206

Ioanis. 106

I. Tim. 4.

2. Timo. 3.

Hieremie .1.

Ezech. 34.

Ioan. 10.

1 Pet. 1.

Ioan. 21.

nostro tot annis experti sumus. Nam ab oriente Turcos iminere gregi Christi, ac oves beatitudini uestræ creditas rapere, ac dilaniare, nemo est in Christiano orbe, qui id ignoret. Ab Aquilone autem unde uenit omne malum, lupos omnium rapacissimos, hoc est, hæreticos irruisse ac oves Christi non chyliades, sed myriades dissipasse, ac dispersisse. Sanctitas uestra iterum atq; iterum, a totidem pijs, & quibus Christi religio cordi est fide dignis testibus intellexit, atq; quotidie experitur. Errant oves Christi in montibus, errant in desertis, errant in uallibus, sine pastore. Accedit his malis omnibus, quod inter Principes Christianos lites, & bella geruntur, omnium acerbissima, acerrimaq;. At inter hæc, & tanta mala, nihil tam necessarium esse, & fore uideo, q̄ quod beatitudo uestra boni pastoris officium exerceat. Et ponat animam suam pro ouibus suis. Ac ab irruentibus lupis, gregem Christi non auro, non argento, neq; lapidibus pretiosis, sed pretiosissimo sanguine redemptum tueatur, uindictet, defendat, ac liberet. Nam non frustra princeps pastorum Petro ter mandauit, ut pasceret non modo oves, sed & agnos. Non autem simplicem illi pascedi modum atq; prouinciam, id est, ut ille duntaxat ad pascuam duceret, præscripsit & iniunxit: sed etiam ut regeret. Nam apud Ioannem, cuius Euangelium græce scriptum est, legitur, de agnis pascendis præcepisse dominum,

ac dixisse, βοσκε τα αρνια μου, id est, Pasce
 agnos meos. Quo mandato uoluit Christus, ut Petrus
 pasceret agnos, innocentes quidem paruulos, Ei qui lacte
 opus haberent. Cathecuminos quidem, & in fide neo-
 phytos. Cæterum subiunxit, & de gubernandis oui-
 bus cum quadam auctoritate dixit, ποιμαίνε τα προ-
 βατα μου, id est rege moderare, gubernare oues meas.
 Postremo uero & tertio loco iussit, & imperauit, in-
 dolenti, & contristato Petro: Vt quemadmodum agnos
 pascere, & ad pascua duceudos esse mandauerit, ita
 etiam oues ad pascua duceret. Propterea dixit βοσκε
 τα προβατα μου, id est Pasce oues meas. Et quem-
 admodum apud Hæbreos etiam Reges (quales erant Da-
 uid, Cyrus & reliqui principes multi) pastores dicti
 sunt, ita & Græci regem, & ipsum Agamennonem
 uocant ποιμην βασιλευς id est, regem populorum,
 ποιμαίνειν autem idem esse quod regere, etiam aliæ
 sacræ scripturæ docent. Ex Michæa siquidem & in
 Euangelio Matthæi legimus, Et tu Bethlehem terra lu-
 da, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim
 exiet ηγεμονος ος τις ποιμαίνει τον λαον μου id est,
 Dux qui regat, aut gubernaturas sit populum me-
 um Israel. Et Paulus ephesus loquens, dicit, Episcopos
 positos esse: ut ποιμαίνειν την εκκλησιαν του θεου
 id est, ad regendum & gubernandum ecclesiam dei, Ex

Natth. 4.
 Michæ. 5;

Acto. 20;

De pascendi
ouibus.

Math. 18.

Ezech. 34.

hoc itaq; ad Petrum, ueluti principem Apostolorum, re-
petito præcepto, manifestum est, Beatitudinis uestræ
officium esse, ut non modo ad caulas, ad meliora &
pinguiora pasqua ducat oues, beatitudini uestræ credi-
tas, sed & ut easdem regat. Et si quæ sint errantes in
deserto per inuia, & in aquosa loca, etiam per abrupta
montium, & præceptio proximæ, ut eas imponat hu-
meris suis. Et ad reliquum nonagintanouem ouium gre-
gem reportet. Ne illud Ezechielis beatitudinem uestram
& eos qui sub illa pastores reliqui sunt, olim, & in
extremo iudicio audire oporteat. Hæc dicit dominus de-
us. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipso.
Nō ne greges a pastore pascentur? Ecce lac comedebatis.
& lanis operiebamini, Et quod crasum erat occideba-
tis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infir-
mum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non san-
nastis. Quod confractum est non alligastis. Et quod
abiectum est non reduxistis. Et quod perierat non que-
sistis. Sed cum austeritate imperabatis eis, & cum po-
tentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pa-
stor. Et factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum
agri, & dispersæ sunt. Errauerunt greges mei in cun-
ctis montibus, & in uniuerso colle excelso. Et super
omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei. Et non
erat qui requireret. & non erat inq; qui requireret Prop

terea pastores audite uerbum domini. Viuo ego dicit do-
minus deus. Quia pro eo quod facti sunt greges mei in
rapinam, & oues meae in deuorationem omnium bestia-
rum agr, eo quod pastor non esset. Neque enim quaesierunt
pastores gregem meum, sed pascebant pastores semetip-
sos, & greges meos non pascebant. Propterea pastores
audite uerbum domini. Haec dicit dominus deus. Ecce ego
ipse super pastores requiram gregem meum de manu eo-
rum, & cessare eos faciam. Ut ultra non pascant gregem
meum. Nec pascant amplius semetipsos. Et liberabo gre-
gem meum de ore eorum, & non erit eis ultra in escam.
Quia haec dicit dominus deus. ecce ego ipse requiram oues
meas, & uisitabo eas. Sicut uisitat pastor gregem suum
in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatu-
ram, sic uisitabo oues meas. Et liberabo eas de omnibus
locis, in quibus dispersae fuerant, in die nubis & caligi-
nis, & educam eas de populis & congregabo eas de
terris, & educam eas in terram suam, & pascam eas
in montibus Israel, in riuibus & in cunctis sedibus terrae.
In pascuis uberrimis pascam eas. & in montibus ex-
celsis Israel, erunt pascua earum ibi requiescent in her-
bis uirentibus, & in pascuis pinguibus, pascentur su-
per montes Israel, ego pascam oues meas, & ego eas
accubare faciam, dicit dominus deus. Quod perierat re-
quiram, & quod abiectum erat reducam, & quod con

fractum erat alligabo. Et quod infirmum fuerat consolidabo, & quod forte & pingue custodiam, & pasce camillas in iudicio. Vos autem greges mei, hæc dicit dominus deus. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hyrcorum. Dispersas itaque & dissipatas oves uisitare, & congregare necesse erit. Nisi sanctitas uestra, mercenarius, quamdiu perstiterit orbis, ab optimis quibusque prædicari, & haberi uelit. Qui cum lupum uenientem uidet formidinis causa præpropere fugiat. Quasi ad eum de ouibus nihil pertineat. Sed absit hoc procul a Christi uicario, & successore Petri, Summo scilicet & tanto pontifice & pastore, ex Romana gente nobilissima nato, latine & græce doctissimo, & per omnia religioni Christianæ fauenti & addicto committere hoc, ut dissipatas Christi oves non tandem colligat, non reducat, & reuocet in ouile suum & ex hyrcis ac arietibus propter pessimum hæreses & factorem maleolentibus, oves & agnos mansuetos facere non tentet, & curet. At qui in unum ac pristinam seu ueterem unitatem, oves Christi in tot hæreses, abusiones, sectas schismata, dissidia, seditiones, rebelliones, mutua odia tumultus, lites, & bella disiectas, dissipatas, & dispersas, supremus ille pastor .i. S. V. nunquam restituet & congregabit, nisi pastores reliquos & qui sub eo, ac inferiores sunt, (Namin ecclesia posuit deus quosdam

Apostolos

Ioani. 10.

1. Corint. 12

Apostolos, quosdam euangelistas, quosdam Prophetas,
 & quosdam pastores, & doctores, in oecomænico uel
 uniuersali concilio secum congregatos habeat. Sed mul-
 tis institutum hoc de uere, legitime, & libere celebra-
 do Concilio utcunq; opus diuinum uere habeatur ac sit, gra-
 ue esse & ex animo displicere non ignoro. At quæcunq;
 et qualiacunq; hæc sint, quæ dicuntur, ne minus celebretur
 Concilium, præstigia sunt sathanæ. Sathane. n. hoc cõmu-
 ne inditum est, ut quocunq; uel tempore, uel loco uiderit,
 aut senserit uel cogitari uel fieri bonũ, ut tortuose se quasi
 alter Proteus transfiguret, & transformet in angelum lu-
 cis, Et bonum semel cœptum feliciter, & perseveranter
 progredi, non patiatur. Inde Sathanæ, id est, calumnia-
 toris, aduersarij, ac impediētis, apud hebreos nomen est
 illi, sic impediēbat obedientiam, qua primi parentes in
 paradyso uiuebant, ubi callidi serpētis formam induerat.
 Sic cum tempore Iob, simplicis, recti & timentis deum,
 uiri, cui etiam non erat similis in terra, quadam die con-
 uenissent filij dei: ut assisterent coram domino, affuit
 etiam inter eos Sathan, sic ieiunantem in deserto Chri-
 stum Sathan tentat. Et in hac re tam sancta, tam pia, et
 supramodum catholica diabolus aduersarius noster tanq̃
 leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, omnibus mo-
 dis, uis, conatibus, per ambages, & cuniculos, ueluti tor-
 tuosus, olim ille serpēs, cunctis animantibus callidior, ten-

1. corinth. 12.
 Ephesios. 5.

Gene. 3.
 Roma. 5.

Iob. 2.

Matt. 4.

1. Petri. 3.

Gen. 3.

B

tat impedire, quod iam à PONT. OPT. MAX.
Et à sac. Etorū Reuerendisſimorum dominorum Car-
dinalium cœtu ſemel publicatum et indiſtum eſt Concili-
um. Eſt autem Concilium, hoc unum emplaſtrum, hoc
unum remedium, quo rugæ, maculæ, uulnera et cicatrices
eccleſiæ inflictæ, ſanari et priſtinæ ſanitati, reſtitui pote-
runt. Et nunquid non eſt reſina in Galaad? Et medicus nõ
eſt ibi? Non eſt Samaritanus aliquis, qui non leuet tam
grauiter, inter Hieruſalem et Hiericon, uulneratum à
latronibus? Cui non ſuppetat oleum et uinum infundere,
et ſtabulario ut curam uulnerati habeat et gerat, numera-
re denarium? Quid dicam: hac una uia uniuerſalis cele-
brati Concilij poterunt reconciliari et pacari Chriſtiani or-
bis Principes, et capita mundi, utcuq; in præſentiarum
inter ſe diſſideant, et ad internitionem uſq; digladiantur.
Hoc deniq; uno medio à Mahumetanis lupis, terra ma-
riq; ſine ulla miſericordia nec iuueni, nec ſeni parcenti-
bus, et tam dire ac inhumaniter in oues preciſiſſimo ſan-
guine Chriſti redemptas, graſſantibus, Chriſtianitatis re-
liquiæ poterunt ſaluari, recuperari ac liberari. Vt autem
libere quod ſentio dicam: uidemus et fere irrecuperabili
noſtro malo retroactis annis experti ſumus, ſermonem
quorundam hæreticorum, inſtare hydræ illius fabuloſæ,
et inſtar gangrenæ ſuccreuiſſe, et de die in diem ſerpiſ-
ſe latius. Vno enim aliquando hæreſeos capite amputato

Hieremi. 8.

Luce, 10

1 Petri. 18

2 Timo: 2

*succreuerunt septem capita, id est dæmonia. Spiritus .n.
 immundus plus semel & in aliquot locis eiectus pernici-
 ter et rapacissime transiit per loca deserta. Et requiem
 non inueniens, assumpsit ad se septem spiritus se se mul-
 to nequiores. Et subintravit domum quam reliquerat ac pos-
 sedit illam. Et facta sunt nouissima locorum et hominum
 illorum multo peiora prioribus. Cæterum, a gangræna
 contagioso hoc morbo, uno infecto membro, totum corpus
 id est, aliquando et sæpe una tota uel prouincia, uel ciui-
 tas hæresibus et erroribus infecta et seducta est. Sicut
 grex totus in agris, unius scabie cadit, et porrigine porci,
 uuaq; conspecta liuorem ducit ab uua. Corruptunt &
 bonos mores, colloquia praua, det et faxit deus, ut his no-
 uis hæresibus, non sint infecta aliquot Christianitatis re-
 gna. Venerunt, ut uerū fatear, ab Aquilone infinita prope
 modum schismatum et hæreseon mala. Illic, .n. Lucifer cogi-
 gitauit extollere solium suum et esse similis altissimo. At si
 quis uel occidentem, uel meridiem, aut etiã magnam partem
 Orientis spectet, contempletur, ac penitus intueatur:
 uix locum unum Christiani orbis inueniet, cui non aliqua
 & utinam non magna ex parte placeant & arrideant
 nuper ab inferis ex lutherismo resuscitatæ a nostris pseu-
 doprophetis, hereses. Nam illis quasi peculiare est. ut
 mellita, placentia, & supra omne mel dulcia igno-
 bili uulgo prædicent, & populum etiam sine bonis operi*

Luce, 11.

I Corin. 15

Hieremi. 1
Esaie. 14.

Esaie. 30
Psalm. 181.

Esaiæ. 5.

Ezechie. 13.

2. Pet. 2.

Hebræ. 11.

1. Timo. 2.

bis uiuentem, beatum faciant, & dicant, Et ut consuant puluillos sub omni cubito manus^a. Ac faciant ceruicalia sub capita uniuersæ ætatis, ad capiendas animas, Inde factum est, ut pseudo prophetæ nostrorum temporum, reuera magistri mendaces, plebem Germanicæ nationis magna ex parte ab obseruantia uere, ac catholicæ religionis auerterint, et detraxerint. Hi enim sunt fontes sine aqua & nebula turbidibus agitata, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Superba enim uanitatis loquentes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ eos qui paululum effugiunt. Qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis, a quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Cessarunt ieiunia, silent ecclesiæ ab hymnis & canticis, cum interea iudæorum synagoga non taceat. Præcantium genua soluta sunt. Pauci sunt qui puras manus, dexteros oculos, & capita leuent ad dominum. Quærunt omnes quæ sua sunt: non quæ Christi, abundat & præualuit iniquitas, refriguit multorum caritas, uiuitur ex rauto, uiuitur & Epicuree. Et tot sunt hereses fere, quod sunt in cælo stelle. Et in mari arena, ac in arboribus folia. Non enim satis fuit nostris, nostrarum rerum nouatoribus, olim damnatas hæreses ab inferis reuocare, nisi etiam nouas & prius inauditas struerent, & uetera nouis cumlarent. Inde factum est, ut iam non modo in una prouincia, in una ci

uitate, sed ut plerunq; in una domo, & eadem ipsa con-
uiuientium mensa detur uiuere, & audire ita inter,
se desidentes nostrorum temporum hæreticos, ut
etiam in minimo fidei articulo unanimiter conue-
nire non soleant, neq; possint, talis ac tantus uertiginis
spiritus homines hos, qui se se semel intricauerunt, im-
miscuerunt, & immerferunt, nouis & his ce pernitio-
sis erroribus, agitatur. Maiores nostri stabiles erant. Et
quasi Marpesia cautes firmi. Neq; instar arundinis uen-
to in deserto agitatae, nutabant in fide, aut religione ca-
tholica. Audiebant uocem pastoris: Id quod sanctarum
est ouium. Cognouerunt uocem pastoris, sequebantur
eum. Nunc uero (proh dolor) errant in solitudine. Errant
in ieiunio, errant à uia ueritatis. Sanam enim doctrinam
audire detractant. Errant cum sint sine pastore. Nec so-
lum errant in itineribus: sed & maximis dissidijs, alter-
cationibus, & etiam rixis diuisæ sunt, & dissident inter
se oues Christi. ortæ sunt, & oriuntur quotidie seditio-
nes & rebelliones omnium acerbissimæ. Homines men-
te corrupti sunt, & abominabiles facti sunt. Declinaue-
runt ferè omnes, & maximè qui ad sinistram, & à re-
gia uia Christi, & ueræ religionis declinauerunt, & inu-
tiles facti sunt. Sepulchrum patens est guttur eorum, lin-
guis suis dolo se agunt. Venenum aspidum sub labijs eo-
rum. Os eorum maledictione, & amaritudine plenum

Philip. 2.

Matt. 24

Io. 10

1 Timò. 1

2 Timò: 4
Titum: 2

2 Timò. 3 1
Psa: 13

est. ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, con-
tritio et in felicitas in uis eorum. Viam pacis non co-
gnouerunt. Nā est timor dei, ante oculos eorum. Cū itaq̃
tot, ac tam saui et sine ullo modo grassantes, perpetuoq̃
non modo deglubentes: sed & iugulantes lupi rapaces,
id est, schismata, scelus, contentio, hæreses, inimicitia, emu-
lationes, secta, irā, & rixā & sexcenta id genus in-
fernaliū furiarum mala, inuaserint gregem dominicum
Paulus huius nominis papa tertius, supremus pastor or-
bis terrarum, sanctius, diuinius, aptius, et tam præ sentane-
um remedium non habet. Quam id, quo olim Paulus illa
uocatus apostolus, seruus Iesu Christi, et segregatus in
Euangelium dei, omnibus omnia factus: ut omnes lucrifa-
ceret, cui etiam, et perinde ut Paulo nostrorum temporum
tertio, intus timor & fortis pugnae erant & imminabant,
de tertio cælo rediens, usus est, Orta enim diui Pauli ma-
gistri gentium temporibus, grauisima seditione in Antio-
chia Syriæ. Propterea quod quidam descendentes de Iu-
dæa docebant. Fratres, quia nisi circumcidamini, secun-
dum ordinem & morem Moysi, non potestis saluari.
Facta est propter hanc doctrinam seditio non minima
Paulo & Barnabæ. Docuerat autem et scripserat Pau-
lus ad Galatas. Si circumcidamini, Christus in uobis non
proderit. Nihilominus passus est, & libenter subiuit
laborem, ut iret ad Apostolos & seniores in Hierusa-

Galla. 5.

Roma. 1.

1. corinth. 2.

2. Corint. 7.

2. Corint. 12

Gala. 5.

lem. Et ex Hierosolymitano Concilio decretum acci-
peret. Congregabatur ibi, congregatio Apostolorum
& seniorum. Contendebant Pharysæi, oportere ser-
uari circumcisionem & legem Moysi. Conuenerunt Sy-
mon Petrus, Iacobus, ac alij, qui sub eo tempore Hiero-
solyms fuerunt Apostoli, & seniores, uidere de uer-
bo hoc, id est re & negotio circumcisionis fiebat & in-
ter illos conquisitio magna. Surgit Petrus Apostolorum
& princeps & os, & sententiam profert. Respon-
dit Iacobus. Narrant Paulus & Barnabas quanta deus
fecisset signa & prodigia in gentibus per Apostolos &
seniores. Fit decretum, fiunt literæ, decernuntur le-
gati, qui literas & decreta Apostolorum perferrent
Antiochiam. Defertur itaq; per literas, quid uisum
fuerit spiritui sancto, ac apostolis. Congregata ergo
multitudine, & lecta epistola gauisi sunt fratres, su-
per consolatione. Et qui Antiochiam missi fuerant le-
gati, dimissi sunt cum bona pace à fratribus, ad eos
qui miserant illos. En beatissime pater, quanta unius
& primi, primitiæ ecclesiæ Concilij uis, uirtus, &
efficacia fuerit, ut seditio, quæ Paulo & Barnabæ
mota fuit, quum ex Attalia nauigassent Antiochiam,
sedata est. Ita etiam, ut multitudo populi iam furentis,
& sæuentis, turbasq; cogitantis ex decreto concilij
plurimum gauisa & exhilarata fuerit. Nuncios in bona

pace dimiserit, et ad Apostolos remiserit. Velim nolim
 fateri cogor, in salso mari huius presentis mundi aut se-
 culi, magnus est motus, sæua orta tempestas. Parum abest
 quin nauicula Petri operiatur fluctibus. Periculum est
 ne si non tota mergatur, saltem grande aliquod patiatur
 naufragium. Tot undiq; fluctus, tot procellæ, & tanti
 uentorum impetus, circumqua; illam agitant, uidetur &
 putatur in ea dormire Christus. At cum discipulis oportet
 suscitare saluatorem mundi. & clamare ad domi-
 num, ac dicere. Domine, salua nos perimus. Tunc in
 concilio: ubi cœperimus clamare ad dominum, ac dicere.
 Domine, salua nos, perimus. Illico & dubio procul sur-
 get Christus, dominus ac saluator noster. Increpabit uen-
 tos, & imperabit mari, & toti tempestati. Et fiet sine
 hæstitione tranquillitas magna. Vbi enim duo uel tres
 congregati fuerint in nomine meo, inquit ipse, ero in me-
 dio eorum. Nam qui est, & qui solus est, ipse, ex quo,
 in quo, & per quem sunt omnia dixit & facta sunt.
 Et ipse mandauit, & creati sunt, Video hoc unum reme-
 dium & saluberrimum quidem, de celebrando concilio
 prioribus & præteritis sæculis, hoc effecisse: ut Arii,
 Nestorij, Sabellij, Manichæi, Macedonij, Eunomij, Apol-
 linaris. Pauli samoetani, Antidicomaritanorum, Dona-
 ti, & Donatistarum, Heluidij, & Pelagij, Celestij, Fe-
 licis, Viclephi, Ioannis de Vesalia, & his similibus hære-
 ticorum

Matt. 8.
 Lucæ, 8

Matt. 18

Exodi. 3
 Roma. 11
 Psalm: 32

ticorum

ticorum hæreses & errores, finem & Harpocratis si-
lentium perpetuum acceperint. Et quasi spongia absterse-
sint (proh dolor) ut ueritatem ingenue fatear, neq; cœlem
aliquid pro mea in deum atq; illius ueram religionem, pie-
tate, dico, multorum, & diuersorum hereticorum porten-
ta, & monstra quæ sepulta iam multis retroactis sæcu-
lis fuerunt, iam istis & sine dubio nouissimis tempori-
bus, à cathena soluto Sathana, multo nocentiora & gra-
uiora resuscitata, & ab inferis reuocata esse. Nam, ut
inter mille unum dumtaxat in præsentiarum enumerem,
& ob oculos ponam (studiose enim & data opera re-
liquam diuersarum hærese^{cor} fecem prætereo ac taceo)
In Viclepho per concilium constantiense damnatum est,
quod ille mordicus & pertinaciter docebat, omnia ex ab-
soluta necessitate euenire. Hanc impiam doctrinam, qua
si post liminio reduxerit Lutherus ab orthodoxa religione,
a uoto monastico, a Germanica unitate & tranquillita-
ta apostata, iterum atq; iterum urgens, & inculcans ni-
hil uerius esse, aut dici posse: q̄ quod ex absoluta ne-
cessitate eueniant omnia. Imbiberunt passim per Germa-
niam hoc uenenum, & utinam non per alias etiam Italie
nationes, & sane non pauci, qui etiam sibi sanctuli, &
religiosuli, atq; non parum sapere uidentur. Et utinam
non sit omnibus Lutberanis ferè commune hoc, & iam
semel imbibitum malum, Quod sentiant, neq; consilio,

Apoca. 20.

neq; prudentia, neq; ulla disciplina in melius posse, uel regi, uel gubernari, uerti, & commutari causas, & casus huius uitæ præsentis, quæ nunc est. Immo ex absoluta necessitate euenire, & fato ineuitabili regi, & fieri omnia. Renocantes & solidam, & stoicam dicere uolui, de facto opinionem, & ineuitabilitatem. Factum est eo, ut iam quasi pedibus conculcata iaceant bona opera, cessent præcationes. Et quod omnium pessimum, & maxime detestabile est, Sunt qui cum impiis Manichæis etiam si tandem deum aliquem esse credant & asserant, eundem tamen deum mali authorem esse prædicant. Eo itidem factum est, & utinam quotidie non deprehendatur ut *ἀθεοί*, id est, sine deo homines redditi sint multi. Quouis uel Iudæo, uel Mahumetano aut etiam ethnico peiores, sufficeret unus hic error. si tamen non sexcenti, & infiniti propemodum errores turbarent ecclesiam, & domum dei. Ut iam sine ulla deliberatione, cunctatione, aut ulteriori dilatione debeat constitui, conuocari & in Spiritu Sancto congregari uniuersale Concilium. Quid enim abominabilius, quid magis impium, q̄ audire insipientem & induratum illum Nabal, in corde suo dicentem: non est deus, Graue est hoc uulnus, & grande fidei Christianæ periculum. Temere & mordicus prædicari & sustinere uelle, quod ex absoluta necessitate eueniant omnia. Disputata fuit hæc materia, re uera præ grandis, de inuincibili

I. Reg. 25.
Psal: 13.52

tabili scilicet fato olim inter Philosophos. Discussam
hanc esse scio aliquando etiam temporibus nostris à theo-
pneustis theologis. Quibus aliquando placuit philoso-
phiam naturalem, cum philosophia Christiana iungere,
sociare, & miscere, Potuissem & ego in eodem argu-
menti, & disputationis genere uersari. Ac aduersarios,
absolute necessitati omnia tribuentes cōuincere. Sed quia
non ignoro ut homines y, qui ore non tamen corde confi-
tentiur se nosse deum, factis enim negant, nihil probare
nihil receptu dignum uel habere, uel existimare: nisi
quod e scripturis biblicis erutum est, ac dimanauit: sem-
per scripturam prouocantes, proin conducibilis uisum
est mihi, ut aduersus hanc impiam, & abominabilem
manibusq; ac pedibus explodendam, de absoluta necessi-
tate heresim, solo gladio spiritus, idest, uerbo & sermo-
ne dei, in harenam descendens, pugnem. Et ex pastorali
pera, humilis illius Davidis, limpidissimos de torrente
lapides depromam, & é funda in sparij illius & su-
perbi Philistæi frontem immittam & infigam. Viuus
enim est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni
gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animæ
& spiritus, compagum quoq; & medullarum. Et disere-
tor cogitationum, & intentiooum cordis. Et non est ul-
la creatura inuisibilis, in conspectu eius, omnia autem nu-
da, & aperta sunt in oculis eius ad quem uobis sermo.

1. Reg. 17.
Heb. 4.

Eccle. 21.

2. Corinth. 3.

Prouer. 30,
Hieremi. 23.

Matthæi. 4.
Matthæi. 25.
Acto. 20.
Ezechie. 33.

Et usq; a deo efficax, ut sit clipeus igneus, malleus, etiam
conterens Petram. Laborem autē hunc propterea uestræ
cel situdini inscribendum Et dedicandum putauī, ut sole
clarius uideret Sanctitas Vēstra quibus, Et quātis disci
minibus, periclis, Et morbis contagiosis, oues Christi
pro quibus Beatitudo Vēstra olim rationē deo redditura
est, subiectæ, contaminatæ, Et infectæ sint, Et ut Beatitu
do Vēstra quæ speculatoris per uniuersum Christianum
orbem officium habet, atq; gerit, e sua eminenti, Et qua
si supra pinnaculum templi dei posita, episcopali sede, Et
Cathedra studeat ^{empromeriv} id est, intendere Et cu
ram agere, Inquit enim per Ezechielem dominus. Terra
cum induxero super eam gladium, Et tulerit populus
terræ uirum unum de nouissimis suis, Et constituerit eū
super se speculatorem, Et ille uiderit gladium uenien
tem super terram, Et cecinerit buccina, Et annuntiarit
populo. Audiens autem, quisquis ille est, sonitum bucci
næ, Et non se obseruauerit, ueneritq; gladius, Et tulerit
eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ
audiuit, Et se non obseruauit, sanguis eius in ipso erit.
Si autem se custodierit, animam suam saluabit. Quod se
speculator uiderit gladium uenientem, Et non insonue
rit buccina, Et populus se non custodierit, ueneritq; gla
dius, Et tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate
sua captus est, sanguinem autem eius de manu specula

toris requiram, Et tu fili hominis, speculatorem dedi te
domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annū
ciabis eis ex me. Beatissime Pater, uenerunt gentes in hæ
reditatem tuam. Polluerunt templum sanctum tuum: po
suerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt
morticinia seruorum tuorum, escas uolatilibus cœli, carnes
sar. Etorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem
ipsorum, tanq̄ aquam in circuitu Hierusalem: & nō eras
qui sepeliret, facti sumus opprobrium uicinis nostris, sub
sannatio, & illustio his qui in circuitu nostro sunt. Opor
tet itaq̄, ut Sanctitas Vēstra sese murū pro Hierusalem
ponat, tamen interea cum Helia propheta Thesbite nec
dicere, minus desperare oportet neq̄ fas est. zelo zela
tus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt
pactum tuum filij Israel. Altaria tua destruxerunt, &
prophetas tuos occiderunt gladio. Et derelictus sum ego
solus, & quærun animam meam, ut auferant eam. Nam
& adhuc, & in hanc horam, etiam hisce nouissimis &
periculosissimis temporibus: ubi totus mundus in malig no
positus est, abundauit ad hæc & præualuit iniquitas &
refriguit multorum charitas, pro sua immensa clementia
Dominus deus reseruauit sibi septem millia uirorum, qui
nō curuauerunt genua sua ante Baal. Inter hos habet Bea
tudo Vēstra duo præcipua Christiani orbis capita. Au
gustissimum quidem Carolum quintum, Romanorum

Psal. 78.

3. Reg. 19.

Roma. 11.

11 Timo. 4.

1 Ioan. 5.

Matth. 24.

3. Reg. 19.

Roma. 11.

Imperatorem, Ac catholicorum regnorum in Hispania,
ac alijs regnis & provincijs Regē, & principem. Atq;
illius per omnia Christianæ fidei ac religioni perpetuo
additum fratrem, Ferdinandum Romanorum, Hunga-
riæ, Bohemiæq; regem. Necnon & alios reges & prin-
cipes permultos. Qui Sanctitatis Vestræ sancta deside-
ria, & recta consilia tanq̃ præstantissimi propugnato-
res, ac fortissimi athleæ, Christi q; milites fortissimi iu-
uabunt. Scio enim ego, & compluribus exemplis, ac ar-
gumentis didici, & re ipsa expertus sum: quod nihil eos
uehementius moueat ac turbet, q̃ ubi religio Christi, uel
diminutionem uel ruinam patitur. Scio deniq; illis nihil
usq; adeo cordi esse, uel insidere, q̃ ubi olim, & quanto
ocius fieri poterit uiderint maculas, rugas, & næuos:
quibus ecclesiæ facies, non nihil per abusiones defædata,
& deturbata est, e medio tolli. Ac ecclesiam, quæ do-
mus dei est, columna, & firmamentum Veritatis illiba-
tam seruari, Et debito, deo q; placenti ordini, & pristi-
no decori restitui. Quare, Beatitudo Vestra, spem bonā
ac firmam, de felici successu rerum omnium concipiat,
ac animum erigat. Proin Sanctitas. V. baculum pasto-
lem confidenter, atq; audacter in manus sumat. Onesq;
sibi, ueluti successori Petri demandatas, ad pascua &
obedientiam uocet. A celebratione autem Concily ullis
minis, terriculamentis, præstigijs, falsis opinionibus, per-

suasionibus, dicacitatibus, nugis, tritis, nevijs, imposturis
technis aut pollicitationibus sese auelli, terreri, aut abster-
reri nec permittat, nec patiatur Beatitudo Vestra. Impe-
tus enim, incurfusio, atq; potentia Turcorum, Barbarossæ
aut Pyratarum hoc uno, uniuersalis Concilij medio sup-
primuntur. Et hoc forte cogitatu & instituto ab incur-
sionibus Pyratarum, salua erit, & multo quietior ipsa
Italia. Et propterea in nomine patris omnipotentis, ad-
uersus fortes & potentes Gygantes inchoari, & cele-
brari debet Concilium. Nec Sanctitas Vestra debet terre-
ri, minus absterreri a celebrando cōcilio: propterea quod
schismatici gloriantur se nosse deum, se se magistros esse
& doctores, in lege, & eruditores in sapientium, Nam
ex illis multi uolunt esse, & haberi magistrici: anteq̃ unq̃
fuerint discipuli. Insipientes, & stulti facti sunt. Et
tot sunt illorum errata, etiam sole meridiano clariora, tot
contradictiones, tot inter se sectæ: dissectæ: ut etiam pu-
deat semetipfos hæere in hisce uepribus. tam pueriliter
lapsorum, erratorum, & antylogiarum. Et quomodo re-
gnum, in se ipsum diuisum non desolabitur? sapiunt ad-
uersarij sibippsis. Sunt sapientes in oculis proprijs. Sed
in nomine filij qui sapientia est patris, & in quo, sunt
omnes thesauri sapientiæ absconditi, estq; sponfus ec-
clesiæ. Et in eius nomine, Concilij omne principium est
& inchoationem habet perdet sapientiam sapientum,

Matt. 12.
Luce. 11.

1. Corinth. 1.
Collo. 1.
Collo. 2.
Esue. 79.
1. Corint. 1.

Abdi. i.

Et prudentiam prudentum reprobabit. Vab quoq; dice-
tur, his qui huc usq; Et tãto tẽpore sibÿp̃sis nisi sunt sapi-
entes in oculis proprijs. In confustonem re uera ibunt Ba-
bylonicam, Nam si intellexerint ab his, qui in linguis pe-
rissimi sunt: ut per eas Et uetus, Et nouum testamen-
tum plusq; in tribus millibus locis deprauatum sit, ut de-
niq; in tot errores, Et proprias contradictiones lapsi
sint (prætereo interea impietates illorum) quomodo sub-
sistent & fugient, Et fluent sicut cera, quæ fluit a facie
ignis. Et liquefient, sicuti nix a facie solis. illorumq; sa-
pientia, Stultitia fiet apud deum. Ea propter in nomine
filij, Concilium uniuersale, quod semel indictum est,
propere Et congregandum Et celebrandum esse cen-
seo. Tertium Et postremum, quod in semel publicato
concilio per omnia necessariũ esse puto, hoc est. Quod
unanimis fiant, Et reddantur christiani, Et primo res
principes. Id autem sola spiritus sancti gratia fiet. Fru-
ctus enim spiritus ita ad Galatas testante Paulo pax
est, Et charitas, Et Apostolorum temporibus orabant
Et perseuerabant unanimiter. Ita, ut prædicet de illis
scriptura. Credentium quasi cor unum erat, Et anima
una. Fiebat autem hoc dono spiritus sancti, ut itaq; si-
mus in fide unanimes, nec in obseruantia religionis dis-
cordes, alia, nec meliori uia fieri non poterit: nisi genera-
le celebretur concilium, in sancto spiritu congregatum.

Is quidem

Psalm: 67.

Gala. 5.

Acto. 5

Is quidem replebit corda fidelium, & sui amoris in
eis ignem accendet. Nam & is, per diuersitatem lin-
guarum cunctarum, gentes in unitate fidei congregauit.
Ille paracletus est, & consolator maximus. Ideo
in Spiritu Sancto congregatur, & congregari oportet
uniuersale Concilium. Et ut summam. Et quasi uno
fasciculo summam rei perstringam, de celebrando con-
cilio. In nomine Patris omnipotentis, contra potentes
Mahumetanus, terra marique scœientes. Contra calli-
dos hæreticorum serpentes, & eorum morsus uali-
dos in nomine filij, & contra dissidentes, Christia-
norum Principum ad arma incensos animos, in nomi-
ne (non autem in nominibus) Spiritus sancti, sine mo-
ra, cunctatione, & dilatione & dico, & censeo se-
mel indictum debere & oportere celebrari Concilium
Quod si hac in re, Sanctitas Vestra, pijs & uigilan-
tis pastoris, officium exercuerit. Et si oues, quod om-
nium maxime sperandum est, uocem Beatitudinis Ve-
stræ, tanquam a deo ordinati pastoris audierint: sine
dubio sequentur. Et se se iugi multiplicium, & pro-
pmodum infinitarum hæresum labe, & scabie infe-
ctas agnoscent, sequæ ad probaticam piscinam aqua asper-
gi, ac lauari, denique hysoppo mundari certissime patien-
tur. Et ad cor ac gremium ecclesiæ redeuntes, benedi-
ctionem petent, fietque unum ouile, & unus pastor.

Ioan. i. 4.

Ioan. i. 5.

Ioan. i. 6.

Ioan. 10.

Quod nobis, & ecclesie sue sanctae dare dignetur
is, qui regnat, & qui regnabit in aeternum, & ultra,
Ipsi honor, & gloria in saecula saeculorum Amen.

Date Vienna Austriae M.D.XXXVII.

Romae Apud Antonium Bladum

M.D.XXXVII.

